

Biogr. er. D

1559, 4

CARMINA GRATVLATORIA
IN HONOREM OR-
NATISSIMI ATQVE HVMA-
NISSIMI VIRI IUVENIS DN. ANDREÆ
CREBS Schiffenburgensis Borussi, cùm ei in
Incluta Academia VVitebergensi summus
in Philosophia gradus,

Sub Reçtoratu

Magnifici & consultissimi viri
DN. BARTHOLOMÆI REVS-
NERI I. V. D. & Prof. Publ.

Clarissimo ac excellentissimo viro
DN. M. FRIDERICO TAVB-
MANO, Poëta ac Professore publico, am-
plissimi collegij Philolophici Decano spe-
ctabili, publica solennitate decerneretur 10.
Calend. Octobr. Anno 1601.

Concinnata à fautoribus & amicis

VVITEBERGAE,

Typis Meisnerianis, Anno 1601.

Biogr. erud.

D. 1559,4

Vitt. Erud. Ling. Vol. CXX - CXXI

Dn. ANDREAE CREBS.

Schiffenb: Boruffo.

ANDREA, non es plebejâ ex indole, non es:
Vi possit similes vulgus habere tui.
Ver tibi floret adhuc ætatis; Et ubere certas
Iam doctrinâ ipsos anticipare viros.
Fronde MAGISTRALI tibi me circumdare frontē,
Id laudi studijs dixeris esse tuis?
Falleris. hâc à me cingi voluisse Decano
Frontem adeò doctam; laus ea tota mea est.

Erid. Taubmanus Fr. Poëta &
Professor: p. t. Decanus.

A L I V D.

SALVETO SAPIENTIÆ MAGISTER
ANDREA, benè gnare disciplinæ
Sophorum, & celebris comes Lycei.
Sic pensare tuum decet laborem,
Et sic me tenui decet phaleuco
Acclamare tibi; Heus amice amice,
Salveto SAPIENTIÆ MAGISTER.

M. Martinus Hiluvigius,
Boleslaviens: Siles.

81, 18

DN.

DN.
ANDREAE CREBISIO BORUSSO

Viro juveni literatissimo & humanis. Philo-
sophiæ Candidato.

E nec malignâ prurientem vocola
Magisterantis forsâ impetigine,
Nec impotente febrientem carula
Calore mitra, nostra vidit Leucoris,
Cum te, CREBISI, publicâ in panegyri,
Præcone TAVBMANNO, Magistrum diceret.
Profecto, de quasi-magistris plurimis,
Quorum X. venire nummo proximis,
Aiebat ambubaia quadam, nundinis;
Te nec fuisse, jam nec esse, publica
Te vindicabunt & Sophorum pulpita,
Et tota doctorum erudita concio,
Qua nuper & doctè & disertè de ~~divis~~
Rerumq; ~~divis~~ disputantem te audiit.
Et ipse possem (si qua possem) dicere,
Quàm multa mecum docta Sophia scrinia
Evolveris, nec absq; lucro classicas
Exinde merces optimè collegeris.
Sed nil ad aurem; non adolor: interim
Hanc addo saltem unius umbram jambici:
MAGISTER ERUDITVS EST CREBISIVS
Quod later, & lateris, & latabitur,
Quisquis dearum alumnus est Novensilum.

M. Frid. Balduinus
Dresd. P. C.

A 2

ALIVD

ALIVD.

Dno. ANDREÆ CREBS.

Perquam felices, sua verè si bona nossent,
 Prædicat agricolas maximus arte Maro.
 Agricolaë laudant, qui rure extractus in urbe est.
 Felicem, vitam quisquis in urbe trahit.
 Hic mercatorem, qui pondera possidet auri,
 Grata magis gnatis quò cumulata magis.
 AEquus mercator præfert, quem lubrica iussit
 Sors cupida Phœbi munera mente colat.
 Sorte sua vix hic contentus vescitur aura,
 Nam pecus alterius grandius uber habet.
 Cætera de genere hoc adeò sunt multa, disertum
 Te lassare queant Quintiliane Fabi.
 Ergo quid dandum? Sanè nil detraho cuiquam,
 Præsertim nossent si sua ritè bona.
 Namq; etiam exiguo bene vivitur, & bona magna
 Non recte utenti sapè tulère mala.
 At quis non præfert, coluit qui munera Phœbi,
 Cuius jam volitat fama per ora virum?
 Quæso tunè magis felicem dixeris illum,
 Qui peritura tenet quàm bona perpetua?
 Quicquid quæsitum ruri, partum quod in urbe,
 Mercator quòd per fasvè nefasvè tenet;
 En pereunt, reddunt felicem? non meliorem
 Certè. Thespiadum næ meliora bona.
 His, ut opes taceam quas nunc mirantur inanes,
 „Pectora mollescunt asperitasq; fugit.
 Post obitum, cum jam nil auri pondera profunt,
 Magnum sunt fera posteritate decus.

Hoc

Hoc te non latuit, mi Andrea, vera sitisti,
Vera tuâ es nactus sedulitate bona.
En ergo felix es. Iam tibi præmia summa
Albiacæ donant docta Lycæa Scholæ.
En magis es felix. Nam digno dant tibi. Summa
Cum cura Sophiæ quod facer ordo studet.
Quis dubitet? Digni capiunt qui præmia tecum,
Inter præcipuos præmia tanta capis.
His, felix, perquam feliciter utere, fies
Sic patrio magnum luxq; decusq; solo.
Et tibi sponte dabit civis palmam atq; colonus,
Mercatorq; omnis quisquis in orbe sapit.

M. Philippus Fabricius de Indagine

Triquercetana. L. L. Stud.

A L I V D.

VNA dies ambolauri nos fronde coronat:
Iungit amicitia nos simul una dies.
Hoc utrique voluptati est, est illud honori;
Si quis Apollineis est honor ingenis:
Gratulor ex merito tibi, quin mihi gratulor ipsi:
Serta magistra tibi, pectora fida mihi:
Adjuvet omnituens diæ Sapientiæ ocellus,
Quo duce cepit amor, quo duce cepit honor;
Vi quantus lauri viror est, sic floreat idem
Corporis atque animi nostri utriusq; vigor:
Sic amor in nobis, ANDREA, germinat, expers
Labis; & ex aquo commoda plura ferat.

Sophonias Hasenmüllerus Francus,

Philos. Mag. & Poëta Laureatus.

A 2

A L I V D.

A L I V D.

Currere quisq; potest, currendò tangere metam;
 Hic labor hoc opus est, si salebrosa via est.
 Astriferas lustrare plagas, cognoscere certos
 Astrorum motus. hac salebrosa via est.
 Qui mores hominum valeant, quos improbet usus;
 Rimari ingenio, prob salebrosa via est.
 Naturas rerum, ac latitantes visere causas:
 Si salebrosa via est, hac salebrosa via est.
 Quisquis in his stadijs currens, vult tangere metam;
 Hunc sudasse decet, non decet alta quies
 Impiger ad metam per se contendere sudat:
 Ast piger, in medio tramite, sistit iter.
 Te sudasse puto, miki per dilecte S O D A L I S:
 Te metam cursu jam tetigisse reor.
 Dum præclara tui ingenij documenta ministras;
 Magnis sæpè viris, atq; probate D E O.
 Dum rerum causas subtili mente recludis:
 Dùm mores hominum ritè referre vales.
 Astriferas lustrare plagas T I B I summa voluptas:
 Cynthia quidq; suo lumine cassa velit.
 Ergò brabeja tuo nunc digna capesse labore:
 Qua T I B I Melpomene ferta parata refert.
 Gratulor ex animo T I B I præmia tanta, precorq;
 Det D E V S hinc surgat nomen honosq; T I B I.

Valentinus Thiel Zintenf.
 Borufs.

A L I V D.

Ingenij Genijq; potens cultissime Crebsi,
 Rara Lycaonij gloria honosq; poli.
 Et tibi, quem meruit labor indefessus, Apollo
 Philosophæ innectit frondis honore caput.

Næ

Næ factum benè. Nam quis duros ferre labores,
 Et capere ingenij præmia nulla velit!
 Nutrit honos artes; dulcis præconia famæ
 Torpentes animos extimulare solent.
 Tu qui sis, ut me ancipiti quis forte vacillet
 Pectore, res loquitur, publicat ipsa fides.
 Sive etenim Logicæ trahere arma reciproca ferræ,
 Sive opus est culto pectore verba loqui;
 Seu Naturæ agili defendere acumine mores;
 Qui sit rerum ortus, quisq; sit interitus.
 Nullus erit, tribuat tua cui sollertia palmam,
 Ingenio cupient cedere quisq; tuo.
 Adde poli faciem, solis Lunæq; labores,
 Et quæ conspicuo sidera ab axe micant;
 Quando Hyades, quando coniux Athamantidos Helle,
 Gorgonei quando colla orientur equi,
 Nosti, atq; assensu Aonisin plaudentibus nno,
 Articulis Sophiæ pignora jure geris.
 Ignorat, qui te liventi verberat oculo,
 Præmia virtuti digna solere dari.

Johannes Neubaverus Pegnis

sensis Fr.

ALIVD.

Plla est pro templi foribus, quâ multa juvenæ
 Pieria plenis confluit unda vijs:
 Solemni indicit festos ibi carmine ludos
 Taubmanus Sophia gloria prima scholæ:
 Et multi è varijs apparent partibus orbis.
 Ut clarum è celebri nomen agone petant,
 Nomen idem cunctis petitur non artibus iisdem,
 Namq; hic arte aliâ qui valet, ille valet.

Hic

*Hic in Aristotelem, in Ramum juraverit alter;
 Patronos reperit dogma utriusq; suos.
 Sermoni hic operam Latio dedit, ille Pelasgo:
 Nec nulli Ebraum discere cura fuit.
 Hic in techniloquos potius est pugnare sophistas,
 Recta q; dissurtis sensa docere dolis.
 Sic alios natura alias impellit ad artes:
 Hac quisq; invitâ dicit agitq; nihil.
 Ergo ita presenti geritur res ipsa palastrâ:
 Quam pote sese illâ quilibet arte probat.
 Et postquam solito variarum examine rerum
 Ingenij specimen quisq; dedere sui:
 Tum se spectandam solenniter ordine longo
 Sistit conspicuo publica pompa loco.
 Lauriger at vates cathedrâ Taubmanus ab altâ
 Quae clarum deceant Nestora, verba facit.
 Hinc decora & merita dispensat pramia palma,
 Concinnatq; homines per sua dona novos,
 Omnibus & magnum munus dat ferre Magistri:
 Quid Sophia hoc titulo & munere majus habet?
 Tu quoq; amice pari justè de laude triumphas:
 Omnes sic meritum novimus esse tuum.
 Cæruleumq; refers (Virtutum insigne) galerum,
 Iusq; auri digitum circummeantis habes:
 Scilicet & tibi sunt alios data jura docendi:
 Hoc tibi discendi sedula cura dedit.
 Tu cæli calles numeros & conscia fati
 Sydera, nec Physica tu rudis esse potes.
 Ac ut adulari tibi ne fortasse videri
 Possim, de te eadem publica fama docet.
 Qui dedit ipse tibi DEVS hos fortunet honores,
 Teq; velit Patria lumen adesse tue.*

Iacobus Rhodus Dantifca-
 nus Borussus.

ALIVD

ALIVD.
ANDRAEAS CRAEBISIVS SCHIF-
FENBURGICVS

per anagramma

FAC SVRGAS. EN CERNIS, VBI ARS,
IBI DECVS.



EST numerare decus celeberrima facta Parentum, &
Nobilitatis avos coeptæ bis quattuor; ô quàm
sunt propiora, suo quæ cuiq; labore parantur
præmia, perpetui virtutis & artis honores!
Nempe suum hic præten dit opus, canit ille Parentum,
Ipse licet nullâ partâ sibi laude nitescat.
FACigitur SVRGAS, Andrea, innitere tandem,
Laudis ut ipse novo propriæ splendore corusces:
Quære decus: licet & te Consule patria natum
Iactet, Patriciumq; ex Patris honore salutet;
Attamen accedat simul ex te honor inclytus; utq;
Illa tua, haud tua sunt; data mutuo, & illa Parentis,
Est levis umbra tuæ, subito peritura, facis, fax.
Surge age, virtutis propria vi præmia quære,
Et patrij factis insignia nominis auge.
Surgis: & ut reliquos (quos prælia ad ardua Mavors
Trudit, & insolito præcordia robore cingit)
Publica castra sequi iuvat, & se ostendere in armis,
Et ferro medias pugnando rumpere turmas
Hostis, ut egregiam laudem & spolia ampla reportent:
Sic quoq; bella domi certando bella Camænis
Indicis, variosq; ferens sudando labores
Ascensu superare ardes altissima Pindi
Culmina, nec gressus via longa & amara moratur:
Quin hic amaror amor tibi, qui pavor ipse favore

B

Tollitur

Tollitur ARTIS, honosq; sequens onus omne repellit.
 Siccine Virtutis propriâ vi præmia quæris?
 Et patrij factis insignia nominis auges?
 EN CER NIS, quod VBI viget ARS doctrinaq; verum
 Semper IBI DECUS & nunquam moritura residat
 Gloria. Nec Claras inter residere forores
 Sufficit, & doctis ibi fallere tædia verbis:
 Scilicet egregius, MVSARVM Præses, & artis
 Censor, amite, tuæ, doctum suadente virorum id
 Agmine, TAVBMANVS doctrinæ insignia partæ
 Exhibet, atq; sacrâ redimit tibi tempora vittâ.
 Qualitèr & REDVCI, superatis hostibus, arma,
 Captos, exuvias (solitos victoris honores)
 Et spolia & clypeos, vastatorumq; trophæa
 Castrorum præfert humeris sine vulnere miles:
 Sic sacrata tibi pro more juventa Minervæ
 Sceptra facesq; MAGISTERII decora optima præfert.
 Nonne ita virtutis propriâ vi præmia quæris,
 Et patrij factis insignia nominis auges?
 Et si à laudato laudarièr optima laus sit,
 Sunt ab honorato data jam tibi munera honorum
 Verus honor; nec enim, quod publica lex vetat, auro
 Expetis immeritum, naturâ ac Arte mereris.
 Sic bene Virtutis propriâ vi præmia quæris!
 Sic patrij factis insignia nominis auges!
 Sic maneat, quod, VBI viget ARS doctrinaq; verum
 Semper IBI DECUS & nunquam moritura residat
 Gloria. FAC SVRGAS iterum, graviora subito;
 Vive diu, atq; novos titulos majoribus auge.

Michael Borck Dantiscan.

Borussus.

A. L. I. V. D.

ALIVD.

Nidus arenoso ut gladiator in orbe petebam
 Consilium, & praesens calamo meditabar amico
 Schema tua (an possim verè proponere?) (laudis.
 Sic ego commotus divino atq; omine, tantum
 Quod brevitatis dederat dextro tibi Numine sistam
 Cum mihi Suada favet, Themis & congestat amica
 Roboreos versus, & Apollo ad gaudia praesto est;
 Incipiam: at sacrum ne spernas turpiter omen.

Romanis nunquam factorum defuit altum,
 Plurima cum vita damno cecidere pericla
 Huic populo, horribili ceu nato ad funera caelo.
 Extulit at verè forti superando labores
 Robore, de tanto belli discrimine laudem
 Abstulit; ad caelum dextraq; evasit, & arte
 Gens inimica malis, sic sic meruitq; coronam
 Vincendo ingentes, frangendo ingentia, turmas.
 Heu mihi, quot potuit Scipio detrudere Pænos
 Marte sub indomitum, fortuna sorte, barathrum?
 Quanta suo potuit Caesar prestare lacerto?
 Eloquio ille potens post Magnum excelluit unus
 Ense, labore, animo, dum Roma extendit honores
 Fortiter, & fines latum deduxit in orbem;
 Occumbens tandem summo est insertus olympo,
 Atq; sacer merito nunc inter sidera fulget
 Fabula si vera est. Qua non Ciceronis in orbe
 Fama viget, qualem non vidit prima vetustas,
 Quem tot mirati; quem tot stupuere senatus
 Numina, qui verbis hostes deterruit atros
 Armatis, pariter qui publica commoda dictis

Sustinuit, pacisq; bonum duplicavit in urbe,
Donec in Antonij sceleris caput omnis, iniquas:
Ucurrit fraudes, jurataq; tela furoris,
Atq; ita non fonti sublatus morte recessit;
Cuius in aeternum dictabit gloria famam.

Ecce, Cato qualis? quantoq; est nomine Paulus?
Omnis Romano concessit natio Regno.
Monstrum illi: hinc merito tantis rediere triumphis:
Tanti: praecipit veneranda tempora lauro
Gens sacra, divinis ad praelia missa lacertis.
Dicam: Romano generi si copia laudis
Enumeranda esset, si plurima signa triumphis,
Deficeret numerus rerum, caderetq; fathiscens:
Spiritus, & lingua chartaq; haud millia fusa
Sufficerent: dicam; Virtuti praemia debent
Natura, & Meritum, sermo caput abdere iusto,
Atq; artem immensis atas componere factis
Iure potest; quia & huic primarum gloria rerum:
Sic tibi jam Sophia, Pruthenâ condite Musâ
PRUSSE, inter tantos, luçtanti Marte, labores
Sertum, en, Musa parat: libantq; haec carmina Prusso,
Et Scipionea faciunt sacra plurima laude.
Emicat hic roseus doctrinae culmine; vicit
Adversum fortis Stoum sub numine tanti
TAVBMANI, errores, Epicur eosq; furores;
Vicit, & in nitido jam gloria flore triumphat
Vindice ARISTOTELE: hic Academica caussa pudore
Volvitur, & profugam sequitur confusa cohortem.
Ite, meo Prusso partam date quæso coronam,
Aoniæq; decus Musæ: sic Marte triumphet,
Artis & Albiacæ videatur fulgere mitra:
Tot quia magnorum dictus vicisse virorum

Judi

Indicio; meruit, quem sic meruisse fatentur
Tanti totq; viri: evasit sine vulnere sospes:
Ferte citi meritum; hic acclament sidera plausu.

En, ornamento nitidus jam stare Magistri
Prusse potes: stabis meritis decoratus ob artem,
Puniceusq;, decensq;, micanti & fulgidus auro:
Qua tibi candorem sistunt, vimq;, illa legendi
Sacra, quibus victor steteras sine clade peritus;
Quae purum statuunt animi tibi lumine sensum.
Sic jam puniceus, doctor sic aureus ille es
Uno qua dicam verbo, una & laude, MAGISTER.
Hinc tibi crescenti nascentur commoda multa,
Plurima cum multo sic experiere favore
Gaudia, natali non equiparanda saluti
Gaude age, delicijs Sophia indulgere sacra
Aggredere: hic titulo maiora acquirere iustum est.
Iam conscendendi suprema ad culmina rerum
Est via: nunc alis succincte ad culmina tende
Gloriae, & in patrijs patrium te siste triumphum.

Gratulor en, venerorq; decus, venerorq; salutem
Nominis, ingenuis olim venarabile Musis
Nomen, & ingenua nostris venerabile laude.
Hoc tibi succedat nostro feliciter olim,
Aeternumq; tuis faciat Pater optimus esse
Tale decus: tali nunc utere nomine salvus,
Inq; alios confer doctrina sedulus arma,
Sedulus & proprijs propriam defende salutem:
Cautius & iusta vestigia rara salutis
Inquire: haec Sophia leges, haec Numina poscunt;
Sic olim moriens vastum superabis olympum,
Gloriaq; eterno servabit nomine famam.

AD EVNDEM
SENARIIS DIMETRIS EX
meris & perpetuis Iambis.

Tibinè, PRVSSE, dedicate Gratijs,
Puderet alma pangere?
Tibinè gratularier silentio
Deceret? hem, molestijs,
Negotijq; multitudine, obrutus
Tibi vacare debui:
Ita esse ius, Themis sacrata clamitat,
Lycæa Suada præcipit
Vacare gratulationibus novis,
Melos tibiq; musteum im-
putare. Plaude Musa, Apollo barbito
Ferire perge sidera,
Meisq; pergite attonare cantibus
Choris dicata Numina,
Novensiliq; ferte carmen ordine
Salutis hîc negotium est:
Triumphat ecce PRVSSVS: hîc honoris est
Negotium: beandus est;
Ita herclè verò serio, beandus est
Salute carminum novâ. Adeste

Adeste queis videtur esse curæ honor,
Honoris atq; præmio
Caput manusq; cingite: hîc amoris est
Negotium; en, silentio
Tegam BORVSSE care cætera; optimis
Salutis optionibus
Sacris dicite nuptijs VALE VALE:
Honore & utere aureo
Benè, intimisq; sacra tanta sensibus
Cole atq; ama: VALE VALE.

MARTINVS GEPPELIVS

Borussus.

O D E,

Gratulans

Dn. ANDREAE CREBS, &c. Lycæi Peri-
patetici sacris initiato, &c.

*S*ic est; vireti queis Heliconii
Cordi laborem, CARCINE, vidimus;
Isti referta præmiorum
Pondere rettulerunt canistra:

Sudore:

Sudore cældus commaduit porum
Perpol meatus; quò tibi (Pallade
Argutiore praeveni
Præstupidam Sophia lacunam)
Qui fonte prodit Philosopho, latex
Sincerus, (acri mente, medullitus
Eptus) indies cerebri
Planitus inficeret recessus.
Determinanti hunc intimius scopum,
Favit Minerva dia benignitas;
Ultroneoq; exinde motu
Munera tanta tulit labori
Hoc est, quòd olim (publica nobilis
Scandens Cathedra & pulpita), lucidum
Exemplar eruditioris
Ingenii dare consuesti.
Hoc est, apisci quòd datur hanc die
(Consentienti Philosophum choro)
INSIGNE, navitatis huius;
Nempe Magisterii brabum.
An non sinistro te rear oscine
Ambisse calum Leucorei sinus?

Cus

*Cui delibutum ferre cura est
Artibus omnimodis alumnorum.
Cœpisti beata calce; redugredi
Saltim caveto, CARCINE; sicut tibi
Novitio laudem MAGISTRO
Concinet egregiam Borussia.*

Matthæus Conovius Havelbergen-
sis Marchicus F.

Gratulatorium.

AD Dn. ANDREAM CREBS
Summum in Philosophia gradum pe-
tentem amicum suum Candi-
dissimum.

EST aliquid veteres quod decantare Poëta:
Omina nominibus sæpè subesse solent.
Est aliquid, fateor, concurrere nomina rebus:
Iudicium mentis nomina sæpè docent.
Pluribus exemplis hoc demonstrare, quid arget?
Evolvas oculos plurima ubique vides.

C

Verum

Verum dum ANDREÆ reputo cognomen, an ullus
De ipsius ingenio hinc iudicis ora petet?
Autumo vix quenquam veræ rationis alumnus
Dicere, nisi furia quos agitare, strepunt!
Nam CANCROS retrò gradiente incedere cursu
Ex nostris quisquam num dubitare velit?
ANDREA CANCRVM ingenio tuare valentem
Cepti cancriz et sicne laboris opus?
Namq; via studij rectà cessere labores,
Nec potuit retrò cepta tenere mora.
Omnia scælici tractasti sidere, & omne
Tractas felici sidere quicquid agis.
Sanè fortuito non sunt producta vehiclo
Namq; labore puta non caruere suo.
Haud passus somnos oculum mulcere silentes:
Cura dies studij nox quoq; cura fuit.
Huic igitur merito nunc conceduntur honores:
Præmia nam meritis nullà neganda viris.
Huic merito titulus Doctissimi in arte MAGISTRI
Redditur. In magnos nomina magna cadunt.
Qui consignatus titulus Dulcissime amice
Ex animo, referat commoda multa, precor.

Et

*Et tibi concedat residens super aethera caeli:
Hoc uti in longos Nestoreosq; dies.*

*Aaron Burchardus Magde-
burgensis.*

A L I V D.

Ecce dies (non fallor;) adest summo aethere lapsus,
Quo te praclaro nomine **A P O L L O** beat.
Et pandit fructus pro longo ritè labore,
Quos ardens Sophia pollicitatur amor.
Augustoq; facit titulo gaudere **M A G I S T R I**,
Ac mage constituit splendidior loco.
Ergo tibi meritos merito nunc grator honores,
Et capiti imposita florida ferta tuo.
Latitia signa alta feras; (mora segnis abesto);
Hac tibi solennis sit maneatq; dies.
Det Deus astripotens longos ut semper in annos
Hac vireant, recreent teq; decore suo.
Perge ita, perge dein castas coluisse Sorores,
Fama etenim poterit sic nituisse tua.


F.

*Moris & Amoris ergo
Michaël Döring Vratislav.
Siles.*

C 2

A L I V D

ALIVD.

 *N* lux Eoo tibi splendida surgit ab axe,
Qua menti insinuat gaudia magna tua.
Quid moror? en! cur non latus tibi carmi-
Cur non laus placido prodeat ore meo? (na pango?
Scilicet egregiã pretium virtute paratum,
Pro sudore capis, proq̃ labore capis.
Quis dubitat? Rem facta probãt; res monstrat utrũq̃,
Hinc tua jam magnis Musa probata virus,
Hinc te præstanti celebrabunt arte **MAGISTRVM**,
Insigni insignes dexteritate viri.
Non moror: En solvo lato de pectore grates,
Sit scælix cæptum sit precor omne tuum.
Maacte animo **ANDREA** lectissime: Gratulor! ast heus
Hac qua cæpisti pergere perge viã.
Hinc tibi surget honos multos mansurus in annos,
Hinc tibi (crede mihi) fama perennis erit.
Nec tantum famam dico, sed premia dico,
Pro sudore feres proq̃ labore feres.

Christophorus Richter de Monte
Regio Borus:

ALIVD

A L I V D.

Miraris forsā cur gaudia fundere magna
Ipse parem, optato hoc dulcis amice die.
En referam paucis! referat cum nuncia lata,
Quæ cœptis fauceat Lux hodierna tuis.
Hæc etenim summi te culmen scandere honoris
Grata Græcæ simul, te meruisse notat.
Hem benè res Claro Musarum cœsit in orbe,
Tandem contingat cum tibi tantus honos.
Gratulor ergo tibi meritò nunc, Docte Magister,
Neve, precor supplex, irrita vota cadant.

Honoris & amoris ergò

Christophorus Langius Hollandi-
dinus Borussus. F.

Dn. M. ANDREAE CREBISIO BO-
RVSSO com. mens. & amico suo opt. in patriam iturien-
ti fausta precatur

IOHANNES IOSQVINVS

Rost. Megapol:

ANtiquos LATIIVROS
Efferre immodicis desine laudibus,
Est nunc ingenijs decor,
Se ostentans studijs nobilioribus:

C 3

ANDRÆAM,

ANDREAM, Sophia decus,
Facundo eloquio conspice splendidum,
Huic rerum genetrix PHYSIS
Indaganti animi viribus abdita
Applausit, pater huic LOGVS
Dicenti liquidis cum rationibus:
Non immunem igitur suis,
Quae doctis tribuit premia, LEVCORIS
Te pridem meritis sinit:
Hinc cinctus SOPHICA laetus ADOREA:
Sic me Pegasides ament,
Ut condigna tuis coner honoribus
CREBISI, nisi me tui
Inspersa abitus tristitia angeret.
Quid? quod deseris horridus
Nostras ALBIADES? quid movet ardui
Discessisse negotij?
Num te forte vocat trans maris aequora
Absentem nimium pater?
Non sodes: licet hoc usq; etiam innuas:
Quid? num LEVCORIDES tuis
Permutare velis CHARE PRVTENIIS?

Nostra-

Nostrarum CLARIVS pater

Praecinxit viridi tempora LAVREA,

Istarum genetrix VENVS

Et mirto & nitidis floribus impedit:

Istis vis decorarier?

Sic sodes: faveo, faustaq; comprecor.

Sistare incolumis domi.

Ecce sortem tuam, non socij immemor.

E I N I S.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

